



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philipp <Eichstätt, Bischof>**

**Ingolstadii, 1617**

XXVIII. Fridericus I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

surrectionis Christi, & S. Mariæ Magdalenaë, cuius altare eximiis Sanctorum Reliquiis instruxit, parte etiam dono accepta ab Vdalschalco, Episcopo Augustano.

## XXVII. Hertv vicus seu Herdouicus?

*Heruicus vitam duxit virtute politam*

Addit Bruschianus Catalogus.

*Mente Deo gratus praeclara stirpe gignatus.*

Hic in manuscripto Codice Othoni successisse dicitur anno M. C. XCV. Id si verum esset, non subsisteret quod tradit Bruschius de morte Othonis anno M. C. XCVI. Additur de eodem Hertvico in eodem Codice. Post hos Hertuicus Germanus Comitis de Sulzbach (alii faciunt Comitem Hirsbergensem) maior Praepositus ibidem succedens, qui gloriosè regnavit XXVIII. annis. Mortuus anno M. CC. XXIII. sub Imperatore Friderico, & Henrico Rege filio eius. obiit VI. Nonas Maij. Est hic ille, de quo Urspergensis anno M. CC. V. Huic (Conrado Herbi polensi Episcopo) in officio Cancellarij successit Episcopus Eychstettensis, frater Comitis de Tollenstein. Quo tamen brevi ab eo officio pulso, Episcopo Ratisbonensi illud est collatum. Anno autem M. CC. V. cathedram S. Willibaldi tenebat Hertv vicus siue Hartv vicus; quem Urspergensis ex Comitum de Tollenstein familia ducit.

## XXIX. Fridericus Primus huius nominis?

*Hinc fuit electus Fridericus in ordine rector.*

Ex familia de Houenstat seu Havvenstat. Præfuit annos duos. Obiit anno M. CC. XXVI.

XXIX.